

Et nyt Bidrag til Oplysning
om
Dr. Johan Bugenhagens Virksomhed i
Danmark.

Ved
Holger Fr. Rørdam.

Man skulde tro, at Kilderne til vor Reformationshistorie vare saa gennemgranskede i de 300 Aar og derover, der ere henrundne siden hin for den danske Kirke saa betydningsfulde Begivenhed, at det nu væsentlig kun kunde være Opgaven at sammenstille det vundne Udbytte og »sine ira et studio« at lade Kjendsgjærningerne tale deres klare og indtrængende Sprog til Lærdom eller til Advarsel for den Slægt, der lever, og den, der kommer. Man overraskes derfor, naar man endnu næsten paa alfar Vej finder ny og vigtige Oplysninger, som ikke hidtil have tildraget sig nogens Opmærksomhed. Dette gjælder efterfølgende Sendebrev fra Dr. Johan Bugenhagen til de danske Superintendenter, skrevet medens han opholdt sig paa Nyborg Slot i April 1539. Der forestod dengang en Revision af Kirkeordinansen, og Kongen havde derfor indkaldt de syv Superintendenter til et Møde i Nyborg, hvor han selv var tilstede, og hvorhen ogsaa Bugenhagen, der nu i halvandet Aar havde virket som theologisk Professor ved Københavns Universitet, var bleven kaldet. Man har hidtil vidst lidet om dette Møde, nemlig kun hvad der kan udledes af et Andragende, som de fire tilstedeværende Superintendenter ved Slutningen af

Mødet (d. 25 April) indgave til Kongen. Andraget viser en alt andet end glad og tillidsfuld Stemning iblandt dem: de Løfter, Kirkeordinansen indeholdt om Kirke- og Skoletjeneres nødtørftige Underholdning, om Hospitalers og Fattigfolks Forsørgelse og om Superintendenternes Lønning, vare efter deres Mening ikke blevne opfyldte, og nu havde Kongen saa meget at gjøre med Rigets Sager, at han ikke engang havde Tid til at høre paa dem¹⁾. Formodentlig ere de dragne hjem umiddelbart efter Indgivelsen af dette Andragende. Faa Dage efter var det da, at Bugenhagen forfattede det Sendebrev til alle Danmarks Superintendenter, der her meddeles. For at lette Benyttelsen af dette for vor Kirkehistorie vigtige, hidtil ubekjendte Aktstykke, skal jeg fremhæve, hvad der efter mit Skjøn mest fortjener Opmærksomhed deri. Sendebrevet bestaar af sex Afsnit:

1. Om Daabens Ritus. Medens i Tydskland Neddyppelse af Barnets hele Legeme ellers var almindelig Skik ved Daaben, havde Bugenhagen i Hamborg fundet den Skik, at kun Hovedet blev overøst med Vand. Han spurgte Luther til Raads om, hvad han burde gjøre i denne Sag. Luther erklærede Overøselsen af Hovedet alene for en Misbrug. Bugenhagen søgte derfor at faa Skikken afskaffet i Hamborg, uden dog at gjøre Folk tvivlende om Gyldigheden af den allerede modtagne Daab i Faderens, Sønnens og den Helligaands Navn. Til sin Overraskelse fandt han imidlertid samme Skik i Kjøbenhavn som i Hamborg; han ønsker nu, at Superintendenterne skulde med Lempe søge at faa den afskaffet, og den rette Brug indført.

2. Om Superintendenternes og Præsternes Tilsyn med Skolerne. Indeholder Bidrag til Oplysning om den daværende Tilstand i Skolerne.

3. Om Kirkeskikkene. Bugenhagen misbilliger den almindelige Brug af latinske Kirkepsalmer, som Menigmand

¹⁾ Trykt som Tillæg til Münters Symbolæ ad illustr. Bugenhagii in Dania commorationem, p. 107—8. Jfr. Ny kirkehist. Saml. II, 384.

ikke forstaar; dog anpriser han flere af de gamle latinske Psalmer paa Grund af deres Indhold. Manglede man Psalmer i Modersmaalet (*cantica vulgaria*), skulde man henvende sig til fromme Mænd, der havde Digtergave, om Texter, og til Musikere, af hvilke der især i Kjøbenhavn var adskillige ret dygtige, om Melodier, der kunde give Menigheden Lyst til at love og prise Gud. Men Melodierne skulde være lette, saa Menigmand kunne lære dem, og ikke saadanne, som blot øvede Sangere kunde vise deres Kunst ved. Luthers Psalmer anbefales paa det varmeste baade for deres skønne Texter og for Melodierne. Disse Psalmer, siger han, skulle give Efterkommerne et Vidnesbyrd om vor Tro og Lære, ligesom vi efter de skønne gamle latinske Kirkepsalmer dømme om den gamle Kirkes Tro og Lære. Det er derfor hans Ønske, at Luthers Psalmer maa blive oversatte paa Dansk, saaledes som det alt var sket med nogle af dem. Naar Menigheden ikke var tilstede, kunde Skoledisciplene gjerne synge latinske Psalmer til Øvelse. — Derefter meddeles endel Bemærkninger om de forskellige Kirkeskikke ved Nadveren.

4. Om Antagelsen af Præster. Superintendenterne skulde ikke uden forudgaaende Prøve lade sig nogen Præst paatrænge af Lensmændene. De, der købte deres Embeder af Lensmændene eller disses Fruer, skulde altid staa paa det sorte Brædt. Kristus uddriver af Templet baade kjøbende Præster og sælgende Lensmænd. Forresten skulde Superintendenterne gaa frem med Varsomhed og søge at bevare Freden. De skulde vogte sig for at have mere at gjøre med stridige Ægteskabssager, end Kirkeordinansen paabød, da slige Sager let gav ondt Blod.

5. Om Universitetet. Det anbefales Superintendenterne, at de skulde sende mange unge velbegavede Mennesker fra deres Stifter did.

6. Om Superintendenternes og Præsternes slette Lønning. Bughagen erkjender Klagernes Berrettigelse. Lensmændene ydede ikke Superintendenterne,

hvad der var dem tillagt i Ordinansen. Da han rejste over til Nyborg, bad Dr. Peder Palladius ham om at bruge hans Heste paa Rejsen, forat de kunde blive fodrede saalænge, de vilde ellers omkomme af Sult, da Lensmanden ikke leverede Foderet, som han skulde, og Palladius ingen Penge havde til at købe for. Kongen lovede altid godt, men han fandt Modstand i Rigsraadet. — Klagerne over, at Præster og Skoler ikke havde det fornødne, henviser Bugenhagen til Kongen; selv kunde han ikke gjøre noget derved. Han havde gjort sig den yderste Flid med Kirkeordinansen og betragtede sit Hverv, hvad Kirkesagerne angik, væsenlig som sluttet ved dens Vedtagelse. Kun for Universitetets Skyld var han bleven, og han havde haft et anstrængende Arbeide, inden alt her var kommet i Orden. Imidlertid var det ikke hans Mening at svinge Superintendenterne og Præsterne; inden sin Bortgang skulde han lægge Kongen Sagen alvorlig paa Hjerte, og ogsaa senere skriftlig minde ham derom. — Bugenhagen slutter med paa en skøn Maade at trøste de modfaldne Superintendenter og at lægge dem paa Sinde, at det gjaldt om ikke blot at se paa Manglerne, men ogsaa paa de store Velgjerninger, de havde modtaget af Herren, og ikke altid at synge Miserere, men ogsaa: *Lover Herren*. Tilsidst anbefaler han sig til deres Forbøn, at han med Glæde og Taksigelse maatte vende tilbage til »vor Fader Luther« og til sin Menighed i Vittenberg.

Efter min Mening er det hele et mærkeligt Stykke, som jeg glæder mig ved at kunne drage frem af en 300-aarig Forglemmelse. Det findes i en Afskrift fra Midten eller Slutningen af 16de Aarhundrede i Kongl. Bibl., Gl. kgl. Saml. 3183. 4. Det er uden Grund henført blandt de juridiske Haandskrifter og er formodentlig derfor blevet oversat af alle, der have beskæftiget sig med vor Kirkehistorie. Maaske ogsaa Indholdet af det sidste Afsnit har gjort Folk betænkkelige ved Offentliggjørelsen. Afskriften er ret tydelig men ingenlunde fejlfri. Jeg har anmærket de mest iøjne-

faldende Fejl. Som man vil se, er det meste af det første Blad hensmaldret, men det er aabenbart, at ogsaa dette har handlet om Daabens Ritus.

Superintendentibus Regni Danicæ, do[minus et fra]tribus suis, D. Pomeranus gratiam, [misericor]diam et pacem Dei patris nostr[i per Jesum] Christum, Dominum nostrum

Quando venerandi huc voluit congregatam antequam abeam h sitis, nos corpor

(Her mangler en halv Side, der er hensmaldret.)

. . . ere pannis circumligatus, et mox relecto tantum . . .
[sub]ucula aqua in capite tingebatur, dissimula
. . . otu, de quo dicam, non audieram, non lege[ram]
in hanc alicubi fuisse consuetudinem bap[tizandi].
hoc illic introductum, per aliquot no.
nostro. Lubecæ, et in alijs ciui[tatibus]
[in Ger]mania, ab antiquo, non
sed plena manu nu capite
per dorsum [tem]poribus Aposto-
lo[rum]

(Her mangler atter en halv Side.)

. . . cerem? metuebam, ne, si hoc hucus intempestius tangeretur, vulgus sentiret hactenus non vere baptizatos, qui sic essent baptizati. Igitur scribo Wittembergam; respondet pater Lutherus, se mirari, vnde hoc soli illi ciuitati irrepserit, et nihil aliud scire, quam quod sit abusus, qui tollendus est. Conuoco ad me doctiores pastores, et, vt absque fidei periculo hunc tollamus abusum, sic conuenit inter nos, 1. vt prædicemus, sic baptizatos in nomine Patris et Filij et

Spiritus Sancti¹⁾ de hoc neminem debere dubitare. 2. Abusum vero esse, quod tecti et colligati vndique vestibis, tantum nudato capite, baptizantur. 3. Id quod nusquam alibi fit. 4. Nudi nascimur, nudi renascimur, nudi hinc ad Dominum abimus, nihilque intulimus in mundum, etc. Et nisi quis renunciaverit etc. (hoc significamus, quando nudi baptizamur in Dominum). Nuditas primorum parentum hic tollitur, et Christo induimur eique nudo incorporamur. 5. Totum corpus, non solum caput baptizatur, vt et ipsum integrum non anima solum ad resurrectionem pertinere sciatur. 6. Christus descendit in Jordanem baptizandus, certe non vestibis obuolutus. Sic et Eunuchus cum Philippo descendit in aquam, et Naaman nudus (si hoc huc posset referri) septies lauat in Jordane. 7. Non obijcias, quomodo tot millia potuerint hoc modo baptizari in die Pentecostes et postea. Nam facile fuit Judæis semel sic baptizari, qui quotidianis lotionibus²⁾ et legis purgationibus erant assueti. 8. Hic itaque abusus tollendus est, ne nos peccemus baptismum tradendo. Etiam si paruuli nostri nihil peccent ita per nostrum abusum baptismo suscipiendo, qui verum baptismum Christi suscipiunt in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. 9. Cur non hic baptizaremus vt alibi sine abusu? Et reliqua, quæ ibi monenda duximus, vt persuaderemus contra hanc consuetudinem, quæ vetus illic est, non iam pridem adducta, vt suspicabar, quorum non possum meminisse, nec opus est. Vt autem constaret omnibus certo, nos tantum reprehendere abusum baptizantium et astantium siue offerentium puerum, et non baptismum baptizatorum, permisimus ad tempus, non tamen approbauimus, permisimus inquam superstitiosulis et metuentibus siue infirmis in fide, quibus nondum potuimus satis persuadere, vt offerrent nobis suum paruulum ad baptismum vestibis colligatum, quo signo certiores nos facerent, quod cuperent

¹⁾ Her synes at mangle: vere baptizatos esse. ²⁾ Hdskr. lectionibus.

tantum in capite baptizari. Reliqui autem, persuasi a nobis, offerrent suum paruulum, licet pannis inuolutum, tamen solutis ligaminibus, vnde certo cognosceremus, quod vellent paruulum suum nudum et rite baptizari, quemadmodum vbique fit. Quum . . . em dedimus huic promissioni, nam postea, vbi noris abusum, requirere, quod nusquam fit, neque satis respondet Christi instituto, qui non caput nostrum sed nos vult baptizari. Qui, inquit, crediderit et baptizatus fuerit etc. Quid quæso esset? Certe non infirmitas, sed ipsissima pertinacia et contemptus sacræ monitionis. Atque hæc quidem Hamburgi inueni, et ita curauimus abusum, vt dixi; verum nunc plane idem inuenio Hafniæ, præter omnem spem, siquidem in Pomerania et tota Germania semper, etiam me puero, constans fama fuit, Danos seruare pristinam baptizandi consuetudinem, vt immergant totos pueros in aquam, quæ consuetudo legitur in veteribus Historijs et sanctis doctoribus. Hæc fama si fuit vera, sine dubio aliquis nouator apud nos illam consuetudinem nunc tandem mutauit in capitis tinctionem sine mandato Dei, sine exemplo aliarum Ecclesiarum, forte prouocatus vel odio nostri, quod sciret hoc nobis non probari¹⁾ apud solos Hamburgenses, vel amore sui, quod ita posset nouus autor haberi. Verum vtcunque vel vnde-cunque vobis iste abusus aduectus sit, ita eum tollendum cum modestia iudico, quemadmodum diximus nos fecisse apud Hamburgenses.

De doctrina et examine.

De doctrina iustificationis siue remissionis peccatorum, de sacramentis Christi, de caritate siue bonis operibus, de cruce, de magistratu, de traditionibus humanis et alijs, quæ sunt in confessione et apologia nostra et in visitatione Saxonica, quam vobis Latinam dedi²⁾, inter vos conuenit, sit Christo gloria in æternum, id quod ex publico vestro

¹⁾ Her synes at mangle nogle Ord.

²⁾ Trykt i Roskilde 1538 (Münter, Bugenh. in Dan. commor. p. 81).

ministerio et examine, quando facti estis Episcopi, mihi satis perspicuum est; tamen proderit forte, si ita quibusdam visum fuerit, etiam familiariter de hisce nostræ doctrinæ articulis colloqui et inter nos conferre. Quando vero Spiritus Sanctus posuit vos Episcopos et curatores Ecclesiæ Christi, quam ipse Christus suo sanguine sibi acquisiuit ¹⁾, vestri officij fuerit curiosius examinare de doctrina et vita, et curare, vt habeant certam docendi rationem et ordinem maxime et inprimis et semper Catechismum, qui per Deum efficiet vobis bonas Ecclesias. Nec contenti sint pastores, vt solum publice doceant, sed etiam priuatim, vel in confessione illa auriculari, diligentissime singulos, quos sciunt esse rudiores, examinent de fide et doctrina ipsis necessaria, hortenturque, vt sæpius veniant ad tale examen, quod quibusdam magis prodest, vt postea publica ab eis melius intelligantur et suscipiantur ²⁾. Pessime consulunt ouibus Christi illi pastores, qui hunc examinandi laborem fugiunt, et qui non visitant aut visitari curant ægrotos, qui visitatione indigent, vt habet regia ordinatio, quæ non tam regis est quam Dei, quando ibi nihil est ordinatum, quod non sit pro verbo Dei, pro fide, pro caritate, pro honestate, pace et literis bonis. Non solum vobis curandum censeo, vt Ludimagistros doctos habeatis, sed etiam in visitatione Ecclesiarum quosdam ex pueris scholasticis et de literis et de Catechismo examinetis; ibi videre vobis licebit, quid efficiant, et quam solliciti sint docti Ludimagistri pro discipulorum profectu. Quidam enim suo nomini potius consulunt quam puerorum vtilitati, qui sunt admonendi per vos, vt norint, quibus præfecti sint, quemadmodum diximus in regia ordinatione. Si non audiunt, quærantur alii præceptores, etiam non tam docti, sed diligentiores pro grammaticæ institutione, pro literis, pro pietate et honestate puerorum. Hic admonendi vobis pastores in ciuitatibus et oppidis, vt solliciti sint pro scholis, sæpe visitent, nempe

¹⁾ Hdskr.: asseruit. ²⁾ Hdskr.: intelligatur et suscipiatur.

ter et quater in anno, scholas cum aliquot doctis viris et duobus aut tribus ex senatu, et examinent pueros, vnde certo certius cognoscere possint, quid Ludimagister ipsis prosit. Quæ est enim illa quorundam pastorum oscitantia, quod video eos componere candelas, ornare altare, et nihil curare coram scholasticorum puerorum ineptias, quorum quidam aduertunt altari dorsum, alij sursum, alij deorsum respectant, alij retorto collo vulgus aspiciunt, ludunt digitis, iactant pedes, et quasi in alio mundo, non videntes vbi sint et quid agant, garriunt et ganniunt verius quam canunt. Interim Ludimagister, statim vt incipit cantare, arripit sedem, et sedet veluti aliquis Episcopulus consecraturus moniales, cantat vero intuens librum, sed ad pueros, vt qui nihil ad ipsum pertineant, neque aures neque oculos habet, non enim audit, quemadmodum canant, non concordi, non solida voce, neque videt, quid faciant. An non diligens pastor ex his deberet agnoscere, quam negligentia erga literas et pietatem comminatur in Scholis, quando honestus ordo contemnitur in publico, quando non obedit Ludimagister Pastori, vt suum præstet erga pueros officium. Queratur hoc Pastor primum Senatui et Ecclesiæ curatoribus, deinde et per literas et coram Superintendentibus. Consultum mihi etiam videtur pro Scholis puerorum, vt Superintendens alicubi bonis, doctis et Euangelium sincere amantibus Canonicis (sunt enim, quibus optimum testimonium dant Superintendentes) mandant curam pro Scholis, vt visitent eas, mandent Ludimagistro etc. Non erit hoc bonis viris graue et quibusdam etiam iucundum interdum officium, vt nobis promoueat negotium pietatis.

De ritibus in Ecclesia.

Satis de hisce scriptum est in ordinatione, verum mihi non placet, neque alicui, cui nec tantillum est iudicium aurium, quod vulgaria verba canantur latinis, vt vocant, notulis siue modulis, quæ vulgus non potest assequi, vt simul cantet; et futurum est, si ita pergamus ineptire et facere ad verbum ex Latinis vulgaria, quemadmodum fecit

ille seditiosus Monetarius¹⁾, vt rursum indigeamus nouis Choralibus, vbi ergo manet²⁾, quod populus siue tota Ecclesia, vbi congregamur ad cœnam dominicam, quam missam vocamus, debet nobiscum Psalmos et cantica spiritualia cantare, et ornare et laudare communem patrem, quod redempti per Christum sumus, iuxta mandatum Christi: Hoc facite in mei commemorationem. Interim Latinum vnum et alterum canticum posset, maxime in festis summis, hisce vulgaribus cantionibus³⁾ permisceri; cur enim non maneant pia cantica, quibus nos vel æqualia facere non possumus? Nam præter eruditionem sanctam præbent etiam nobis egregium testimonium vetustatis aduersus aduersarios nostros, vt Victimæ pascali etc. contra sacrificulos, Præfatio de Trinitate, contra Arianos, Qui scandens superos vinculum vinxerat etc., contra nostros Limbianos, qui Limbum siue Lumbum inferni finxerunt. Cur vulgus nostrum, sicut amen Judaicum, non ita retineat Kyrie eleyson Græco modo. Musici consolantur, et non illi, qui ineptiunt suis notulis monetarijs siue Muntzerianis; placet enim mihi notio Papistarum, qui dixerunt, omnibus linguis in missa vtendum, vt fateamus et Judæos et Græcos siue gentes ad vnâ Ecclesiam Christi pertinere, quo fatentur non solum Romanam Ecclesiam, sed, vt habet articulus fidei, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem. Igitur si quo nouo cantico vulgari indigueritis, consulite pios et doctrinam nostram intelligentes, qui gratiam et eruditionem habent ad carmina vulgaria apte concinnanda⁴⁾; consulite Musicos, quos habetis non contemnendos, maxime Hafniæ, vt modulationem addant non contemnendam, et qua vulgus inuitetur ad laudandum Deum in Christo filio ipsius Domino nostro. Pastor debet curare, vt vulgus discat cantare; sint ergo cantica, quæ populus assequi potest, non talia, quibus cantores solum velint suam ostendere vocem, nescio quam, non

¹⁾ D. e. Thomas Münzer. ²⁾ Her synes at være en Fejlskrift. Formodentlig bør der læses: moneat eller monet. ³⁾ Hdskr. concionibus. ⁴⁾ Hdskr. concintenda.

cedit cuculus Philomelæ. Maxime vero et in primis appello eruditionem vestram et doctrinam, viri ornatissimi, num quid magis pium et eruditius in verbo Dei vidistis canticis, quæ fecit pater noster in Christo, Doctor Lutherus, quibus addita est modulatio, quæ et ipsa commouet corda et cantantium et audientium ad cognitionem pietatis et gratiarum actionem. Hæc omnia, neglectis multis alijs, vellem cantari in Ecclesiis, quæ egregium testimonium secum ferunt nostræ doctrinæ ad posteros, quemadmodum et quædam vetera cantica etiam nobis testimonium ferunt de fide et doctrina veterum Ecclesiæ doctorum et Ecclesiæ Christi prioris. Sed vt video quædam translata in linguam vestram, ita et ad cætera commodi translatores sunt adhibendi. Conuenit vt alias, vulgo non præsentis, canant et legant in Templo psalmos et alias scripturas Latine, vt assuefiant ad sacras literas a teneris annis, quemadmodum habet Regiæ Maiestatis ordinatio. In Missa vero, quam vocamus, proddest, vt Ludimagister canat cum pueris in medio Templi, vt tota Ecclesia concorditer canat cum ipsis in Christi commemorationem. Quod si hoc præ populi multitudine (vt Hafniæ) fieri non potest, licebit fieri in latere Templi, vbi tamen Ludimagister cum pueris concionem audire potest. Hoc modo Chorus, quem vocant, relinqueretur vacuus præ communicantibus, vt fit apud nos Wittembergæ et alibi. Hafniæ nunc accedunt ad Sacramentum vt et Wittenbergæ, quemadmodum ordinatio habet, licet nondum satis seruato ordine virorum et mulierum, id quod tempus emendabit. Incommodum autem et molestum iudico, licet non malum sit, et hactenus forte commodum et bonum, quando pauciores accedunt ad sacram communionem, quod nunc video in quibusdam Ecclesijs, communicaturos super genua procumbere ante altare, et cum non sit omnibus locus, alios accepto corpore et sanguine Domini recedere, et rursum alios, qui prius ibi non videbantur, accedere, rursumque alios, vt vna cœna Dominica in duas, tres, quatuorue diuisa videatur. Commodius iudico, vt (quemadmodum alibi

valde honesto ordine fit) communicaturi, statim facta concione, antequam prædicator descendat de suggesto, ingrediantur in Chorum ibique stent vel sedeant, vt voluerint, viri ad dextram, mulieres ad sinistram. Dum vero oratio Dominica legitur a Presbytero, et proferuntur verba, quæ vocant consecrationis, procumbant ad genua super pavementum, mox, si pauciores sunt, accedant¹⁾ primum viri, inde mulieres, accipientes corpus Domini, et reuertantur in locum suum, statim regressi ad altare, primum viri deinde mulieres, accipiant²⁾ sanguinem Christi, et reuersi in locum suum canant³⁾ et orent expectantes vltimam benedictionem. Si vero plures communicantes fuerint, ne sit Ecclesiæ molestum expectare nimium post concionem, sic fiat statim post consecrationem, quam vocant: accedat alius presbyter ad aquilonare cornu altaris et porrigat omnibus ordine (vt dixi) accedentibus sacrum corpus Christi, illi vero, mox accepto corpore, eodem transitu pergant ad cornu altaris australe et accipiant a presbytero missam celebrante sanguinem Domini, et redeant in locum suum expectantes benedictionem. Valde commode hæc fiunt, vbi retro altare patet transitus. Vbi vero non patet, tamen commode hæc fiunt, si singuli singulos iterato ordine sese sequuntur. Non enim permittendum est rudibus, vt ad altare alij alios vrgeant vel premant. Sub sacra communione canitur canticum vel cantica ad hoc facta. Post communionem, finito cantico, canitur breue illud Agnus Dei, Christe du Lam Gottes etc. Mox dicitur collecta et benedictio. Cantus, quo recitatur institutio Christi, quæ vocatur consecratio, debet proxime accedere ad pronunciationem, quemadmodum solebant ferialiter Latine canere orationem Dominicam. Nam illa pompa modulationis, desumpta ex festis præfationibus, non nihil obscurat verba institutionis Christi, utcunque sibi per hoc placeant. Huius rei exemplum si non habetis, dabit vobis Doctor Petrus Superintendens Selandinus.

¹⁾ Hdskr. accedent. ²⁾ Hdskr. accipient. ³⁾ Hdskr. canent.

De ordinatione.

Nequaquam debetis suscipere pastores, quos vobis præfecti obtrudunt, sine præcedente vestra examinatione; hoc enim debetis Deo et Ecclesiæ, et iurastis Regiæ Maiestati. Suspecti sint vobis perpetuo illi, qui pecunia a præfectis, vel per fucum et legis fraudes ab vxoribus præfectorum, sacrum Christi et Ecclesiæ ministerium cum Simone Mago emere volunt. Christus ejicit a templo ementes pastores et vendentes præfectos. Itaque vt in omnibus alijs, ita maxime in hoc cauete, ne deficiatis ab ordinatione, nisi casus honestatis et necessitatis in ijs, quæ alioqui libera sunt, requisierit experientia, quam et Deus vult, et Regia Maiestas non aliter intelligit iuramentum a vobis acceptum; non propter ordinationem turbanda est pax vel externa vel conscientiarum, quæ propter pacem facta et suscepta est. Similiter nequaquam suscipite causas contentiosas de Matrimonio, nisi quantum ordinatio habet. Nunc omnes iuris indocti, videntes se premi hisce causis, vel lent omnia (?) lubenter super vos conjicere, qui antea clamabant coram Regia Maiestate, Superintendentes vendituros omnia, istos novos auariores futuros prioribus; habeant ergo sibi, quod voluerint. Ordinatio et iuramentum vestrum prohibet, ne talia suscipiatis. Ego hic in Neuuburg scripsi Regiæ Maiestati libellum de quibusdam grauioribus causis matrimonialibus¹⁾, quem addite libello patris nostri Dn. Lutheri, vt interrogati rectius consulere pro conscientijs possitis.

De Academia.

Sicut antea publico scripto²⁾, ita nunc quoque commendo Scholam Hafniensem optime institutam, et probatissimis Professoribus omnium disciplinarum et sacre Theologiæ institutam, vt cunctis ex vestris Episcopatibus multos adolescentes literis aptos illuc ad studia mittendos³⁾, qui sint

¹⁾ Von Ehebruch und Weglauffen, an königl. Majestät zu Dennemarcken etc. (Münter, Bugenh. p. 82—3). ²⁾ Herved menes: Ordinatio lectionum in Acad. Hafn. etc. 1537. ³⁾ Her synes at være glemt: curetis.

spes patriæ vestræ et horum regnorum, vt literæ bonæ et ad artes ¹⁾ sacrum Dei verbum propagentur ad posteros. Hæc Deus a vobis requirit, quemadmodum vestra prudentia nouit, vt non sit opus mihi in hac re apud vos pluribus verbis.

Alia, quæ possum hic conferre vobiscum de doctrina et alijs, libenter etiam vos auditorus et consulturus, vt licet.

Cæterum de vestris querelis, quas iustas esse scio, doleo vehementer, quod ex tam multis bonis Ecclesiarum non curatur pro pauperibus, pro ministris Scholarum et ²⁾ Ecclesiarum, quorum multi adhuc egent, quod vobis ipsis ita maligne numeratur, vt pro centum Taleris vix sexaginta accipiatis. Ridebant impij quidam in principio, quod istis nouis Episcopis daretur fœnum et stramen, quæ tamen sunt domui vestræ et equis necessaria; sed ne illa quidem nunc temporis, etsi quid accepistis ³⁾ ab initio, accipitis, et cogemini esse mendici præfectorum, vt non dicam, quod vobis constituta negantur. Quod vidi ego quoque, dico: nam mensis est, postquam exiui Hafnia, tunc Doctor Petrus fere tribus mensibus non acceperat vllum pabulum ex castro pro suis equis, et rogauit, vt equos pro itinere mecum sumerem, ne interim fame perirent, neque se habere pecuniam, vt huic necessitati subueniret etc. Sed hoc durius telum est, quod qui conquerantur talia, non audiuntur, vel deteriora audiunt. Sunt enim, qui coram Regia Maiestate dicant: Vides Domine Rex, isti non possunt saturari, nihil eis satis est, minantur, se deserturos officium, si non dederimus ipsis, quantum ipsi voluerint ⁴⁾. Doleo vicem vestram, doleo etiam propter optimum Regem, qui perpetuo promittit ⁵⁾, sese posthac melius ista curaturum, quemadmodum in ordinatione publica promisit ⁶⁾; alioqui, si porro negliguntur

¹⁾ Istedenfor ad artes bør vistnok læses: artes et. ²⁾ Her er i Hdskr. tilføjet: ministrorum. ³⁾ Hdskr.: accipitis. ⁴⁾ Hdskr.: voluerunt.

⁵⁾ Hdskr.: promittat. ⁶⁾ Hdskr.: promittit.

ministri Ecclesiarum et Scholarum et pauperes, perpetuo grauabitur Rex et regnum, vt singulis annis Diabolus rapiat decies millies¹⁾ plus; quia parum damus, multa amittimus. Christus dicit: date et dabitur vobis. Verte hoc: rapite et rapietur a vobis. Eadem mensura, qua mensi fueritis etc. Ego, venerandi patres, me vobis et bonis omnibus excuso. Testis est mihi Deus, testis est mihi Regia Maiestas, testes, qui adfuerunt, sunt enim quidam ex vobis. Denique testis est mihi mea conscientia, quod non tacui, quod ab initio rem serio egi apud Regem et consiliarios eius, vt ista omnia, de quibus quæstio est, recte curarentur. Quid aliud habet ipsa ordinatio? Si statim post ordinationem factam et susceptam a regno abijissem, non functus essem meo officio, ad quod vocatus eram? De victu et salario vestro valde sollicitus eram, id quod cordatus lector bene videbit, quam anxie de eo scriptum sit in ordinatione. Constitueram diligentissime quod satis fuisset. Nolui scribere illud, quod nunc vobis constitutum est. Hic cogebar audire: Domine Doctor, vos nescitis morem huius patriæ; illa ratio victus apud nos est. Quæ apud vos concedo, inquam, vobis, si de agris et prædijs agitur; sed quando agitur de pane, pabulo, de pecunia siue salario Superintendentum, quæ, vt domos suas accipiunt, ipsis sunt in vsum expendenda, cogitate, et me esse, qui talia bene norit²⁾, et certe hoc biennio, si nunquam alias fuisset paterfamilias, ipsa experientia didici, et forum me docuit, vt non sint illi in hac parte me sapientiores. Tamen nihil profeci; sed cum instarem, rogarem, exhortarer, vrgerem, vt maius et sufficiens salarium statueretur Superintendentibus, qui jam grauandi essent ministris, equis, itineribus, officijs, qui plus alibi quam domi futuri essent, vt minus possent curare rem familiarem quam alij pastores, Rex ipse conabatur me consolari his verbis: Doctor Pomerane, sinite iam ista, nostri iudicant esse satis, experiamur in annum; si non

¹⁾ Hdskr.: milliesies. ²⁾ Hdskr.: norint.

fuerit satis, ego augebo et faciam, vt suadetis; nihil sitis solliciti sed potius animo quieto, ego ero pater Superintendentum, et hæc verba referte et scribite in ordinatione. Hoc feci. Quid ego vltra facerem? Jam questus¹⁾ est quorundam ex vobis, si non omnium: ne illa quidem dari, aut maligne numerari, quæ constituta sunt. Certe istud ego, vt non possum, ita non debeo præstare. Postquam constitutum est vestrum salarium, et conscripta atque a regno suscepta ordinatio, vos iurastis Regiæ Maiestati, ordinati estis Episcopi Ecclesiarum Christi in Dania, vobis mandatum est et præfectis Regiis, autoritate Regis, vt abeuntes singuli in suam diocæsin ordinationem offerretis et mandaretis ciuitatibus, pagis, ecclesiis, scholis, monasterijs, ecclesijs collegiatis etc. Constitueretis salaria et honestum victum pro pastoribus, pro scholasticis, præceptoribus, et curaretis pro hospitalibus et alijs pauperibus. Nonne et res ipsa clamat, me nullius ecclesiæ aut dioceseos accipere salarium, et me non esse hic alicuius ecclesiæ vel episcopum vel pastorem, mihi nullum ad ecclesias officium mandatum est? vt non dicam, quod nihil eis præstare possum propter incognitam linguam. Et vobis ordinatis et cum præfectis Regijs emissis, Regiæ Maiestas absoluit me ab omni onere ordinationis ecclesiarum et gratias clementissime egit, quod officium pro ecclesijs, ad quod vocatus eram, absoluisssem. Nemo me lætior in Domino erat, et gratias agebam Deo per Christum. Ista certe melius fieri (si quis recte iudicat) non potuerint, igitur pastoribus et scholis mandatum est, vt in vos respiciant. Vos autem cum præfectis²⁾ prouinciarum, vt mandatum et officium habentes, debetis pro ecclesijs, scholis et pauperibus curare, et præfecti vobiscum debent indicare³⁾ Regi, si quid non possunt perficere, vt Rex ipse per sese curet, quod vos non potestis; sic enim habet Regia ordinatio. Ridiculum est, quod alij præstare debent, conijcere in me, cui

¹⁾ Hdskr.: quæstio. ²⁾ Hdskr.: præfecti. ³⁾ Hdskr.: iudicare.

nihil horum mandatum est, qui nullam ex Ecclesijs vestris vidi: et quid prodesset videre, cum non licet loqui, nimirum non intelligentibus linguam meam, impie scilicet ego arriperem vestras vocationes?

Itaque his sic a me ex autoritate Regis et regni constitutis, licuisset mihi statim, quod ad ordinationem Ecclesiarum attinet, redire in Germaniam cum gaudio et gratiarum actione, nemo aliud potuisset requirere a me: quam culpam nunc habeo aliam, quam quod diutius mansi apud vos? Non vt vexarer istis molestijs, quæ ad vos et præfectos et Regiam Maiestatem pertinent; sed propter alia, nempe propter Academiam, propter quam laboravi, et vere laboravi, iam in alterum annum, donec ipsa perducta est in optimum ordinem, habet optimos professores, constituta sunt bona salaria. Deus testis est mihi, et qui me norunt, quod propter hanc feci et passus sum, quæ propter meum commodum nunquam facerem. Dei clementia et misericordia ista per me fecit, hoc ex animo agnosco, alioquin nihil potuissem. Video, quam nihil efficiant, qui sibi magni videntur sine Deo; nisi Deus ædificauerit domum, frustra etc. Ipse efficiat pro sua bonitate, vt aliquando cum gaudio video sanctum fructum huius mei laboris satis molesti. Parum quidem hæc mihi videntur, sed spero, quod pater misericordiarum, qui hæc cœpit, perfecturus sit cum gloria per filium suum Dominum nostrum Jesum Christum, Amen. Non hæc dico, quod non velim adesse vobis, quod non agnoscam, quid debeam . . . Nam hactenus monui Regiam Maiestatem et adhuc admoneo, et admonebo, antequam abeam, et verbo coram et scripto apud absentem, vt ista commode emendentur. Non debeo, non possum plura.

Sed audite quæso consolationem, et facite, vt ex vobis alij pastores audiant: nec recte facimus, quod solum intendimus in ea, quæ desunt nobis, in nostras qualescunque miserias, in contemptum impiorum, qui superbe contemnunt nos et negant nobis, quæ debent, quorum damnatio iusta

est, si non resipiscunt, et in dona Dei non intendimus, sed auertimus per tentationes istas oculos ab infinitis bonis cum corporis tum¹⁾ animæ, quæ dedit nobis Deus, vt non dicamus cum Paulo: Gratia Deo, pro inenarrabili dono gratiæ ipsius, quorum intuitu ista incommoda viderentur nobis minora, quæ Deus cum tempore emendabit. Diabolus vellet, nos deserere officium nostrum, quia nouit diuinum esse et potens aduersus impietatem et regnum inferorum. Si aluntur Dei inimici, et abundat omnibus, alet et nos. Confidite, inquit, pusillus grex, complacuit Patri vobis dare regnum. Non semper dicendum est: Miserere; sed etiam: Laudate Dominum, de Coelis etc. Benedictus Dominus Deus Israel. Neque respiciendum est tam in²⁾ multitudinem impiorum apud nos, qui perire volunt, quam in Ecclesias³⁾ piorum, quibus hic per totum regnum Deus dedit syncerum suum verbum admiranda et ineffabili misericordia, et Spiritum suum dedit, augebit credentibus; et corrigentur, quæ in nobis adhuc desiderantur, cum remissione peccatorum; ita habebimus pacem et faciemus cum gaudio bonæ conscientiæ nostrum officium, reliqua adjicientur nobis⁴⁾. Vestrum tamen fuerit et præfectorum indicare Regi, quæ vos desideratis et per vos effici non possunt, quemadmodum ipsius Maiestas in ordinatione vobis mandauit. Non possum mihi aliud persuadere, quam quod Regia Maiestas ex bonis ecclesiasticis et auctoritate sua per sese [emendabit], quæ hactenus per illos, quibus mandatum est, fieri non potuerunt.

Per hæc, venerandi Patres, commendo me vobis, vt habeatis, quod calumniantibus pro me respondeatis. Orate et diligentissime admonete pastores omnes (nam dicuntur quidam hoc negligere, id quod non credo), vt orent et orare suas Ecclesias doceant et jubeant, vt Deus pergat glorificare nomen sanctum suum in Euangelio filij sui, Domini nostri Jesu Christi, quemadmodum cœpit. Orate quoque, vt ipsi orent pro me, vt cum salute et gratiarum actione saluus reuertar ad patrem nostrum Lutherum et ad Ecclesiam meam. Ego vicissim orabo pro vobis, pro Ecclesijs vestris, pro Rege et pro regno, vt perpetuo per Christum in pace et pietate agatis. Christus conseruet vos in æternum. Scripsi in Castro Newborg ad Balthicum, Anno Domini Mdxix, Feria secunda post Jubilate.

¹⁾ Hdskr.: aut. ²⁾ Hdskr.: ne. ³⁾ Hdskr.: Ecclesijs. ⁴⁾ Hdskr.: vobis.